1. ábra. Karánsebes vázlatos tervrajza.

1921.

Tesla
Erdélyi út
utca
utca



1877.

Cetății

Tr. Doda

1873

Nr. 8

Per Commissionem propriam domini Regis

Nos Sigismundus dei gracia Romanorum Rex semper augustus ac Hungarie etc. Rex Memorie commendamus tenore presencium Quod in nostre veniens
presencia maiestatis fidelis noster Farcasius Valachus suo ac Stephani et Ladislai Valachorum de Mutnok nominibus et in personis exhibuit nobis
quasdam literas fidelis nostri magnifici viri Pipponis de Ozora Themesiensis et Camerarum salium nostrorum Comitis super adiudicacione possessionis Mezfalwa
[illegible] patenter emanatas et sigillo ipsius Pipponis Comitis consueto ab intra appresso sigillatas et communitas tenoris infrascripti Supplicans
humiliter nostre maiestati nominibus quibus supra quatenus literas huiusmodi dicta adiudicacione predicte possessionis Mezfalwa per ipsum Pipponem Comitem factas
[illegible] clausulis et articulis in eisdem contentis et expressis ratas et gratas habendo tenoremque earundem hic presentibus de verbo ad verbum
inscribi et transumi faciendo appressione Secreti nostri sigilli consueti confirmare dignaremur providentes Cuius hic tenor is est Nos Pippo
de Ozora Themesiensis et Camerarum salium Regalium Comes Memorie commendantes tenore presencium significamus quibus incumbit universis Quod causa
mota et vertente coram nobis inter Paulum filium Mathie Dionisium filium Nicolai cum fratribus suis Cristhfel filium Cristhfel et alterum
Cristhfel filium Petri filii [illegible] [illegible] ipsius Pauli filii Mathie ut actores ex una parte vero ex alia Farcasium Stephanum et Ladislaum
de Mutnok tamquam in causam attractos [illegible] super quadam possessione Mezfalwa vocata sita iuxta fluvium seu rivulum Mezpatak nuncupatum
in districtu sive provincia Sebes habita et diucius ventilata tandem nos auditis parcium proposicionibus et allegacionibus causeque huius
meritis diligenter recensitis et examinatis quia prefatos Farcasium Stephanum et Ladislaum de Mutnok predicta per triginta duos annos
integros spacia in pacifico dominio dicte possessionis Mezfalwa fuisse et extitisse terminumque longe prescripcionis sic complevisse invenimus
manifeste Ideo eandem possessionem Mezfalwa cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis eisdem Farcasio Stephano et Ladislao de Mutnok
eorumque filiis et successoribus universis duximus adiudicandum Immo adiudicavimus presentes eandem eisdem omni iure relinquendo Et supplicamus
Serenissimo domino nostro Regi ut dum presentes nostre hic sue exhibite et reportate fuerint maiestati dignetur easdem graciosius confirmare
Datum in Themeswar feria [illegible] quatuortum post festum Pentecostes Anno domini M° quadringentesimo undecimo Nos igitur iustis et
[illegible] supplicacionibus eiusdem Farcasii [illegible] nostre maiestati humiliter porrectis Regia benignitate exauditis et admissis predictas literas
Pipponis Themesiensis et Camerarum salium nostrorum Comitis omni vicio et suspicione carentes de verbo ad verbum presentibus insertas similiter
adiudicacionem ipsius Pipponis Comitis in parte predictorum Farcasii Stephani et Ladislai Valachorum factam ratam habentes atque gratam cum
omnibus clausulis et articulis in eisdem contentis et expressis pro eisdem Farcasio Stephano et Ladislao eorumque heredibus et posteri-
tatibus universis appressione Sigilli nostri secreti consueti duximus confirmandam presencium patrocinio mediante Salvis tamen iuribus
alienis Datum in Themeswar feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis Anno domini Millesimo quadringentesimo
undecimo

Arhivele Nationale ale României – Cluj
Fond familial Matskási . Seria I . Documente medievale. Nr. 8

A
SZÖRÉNYI BÁNSÁG
ÉS
SZÖRÉNY VÁRMEGYE TÖRTÉNETE.

IRTA

PESTY FRIGYES,

M. AKADÉMIAI RENDES TAG.

KIADJA A M. TUD. AKADÉMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA.

HARMADIK KÖTET.

(OKLEVÉLTÁR I. KÖTET.)

BUDAPEST, 1878.

A M. T. AKADÉMIA KÖNYVKIADÓ HIVATALA.

(Az Akadémia épületében.)

28.

1411. junius 8-án.

Commissio propria domini Regis.

Nos Sigismundus dei gracia Romanorum Rex Semper Augustus ac Hungarie etc. Rex Memorie commendamus per presentes Quod in nostre veniens presenciam Maiestatis fidelis noster Farkasius Walachus suo, ac Stephani et Ladislai Walachorum de Mwtnok nominibus et in personis exhibuit nobis litteram vnam fidelis nostri Magnifici viri Pyponis de Ozora Themesiensis et Camerarum Salium nostrorum Comitis super adiudicacione possessionis Mezfalwa vocate patenter emanatam et Sigillo ipsius Pyponis Comitis consweto abintra appresso Sigillatam et communitam, tenoris infrascripti Supplicans humiliter nostre Maiestati nominibus quibus supra vt ipsam litteram simulcum predicta adiudicacione predicte possessionis Mezfalwa per ipsum Pyponem Comitem facta alÿsque Clausulis et Articulis in ipsius littere tenore contentis et expressis Ratam et gratam habendo Tenorem eiusdem littere presentibus de verbo ad verbum transscribi et transsumifaciendo appressione Secreti nostri Sigilli consweti confirmare dignaremur pro eisdem Cuius littere tenor is est Nos Pypo de Ozora stb. (Lásd külön 1411. év alatt.) Nos Igitur Justis et modestis supplicacionibus eiusdem farcasÿ Culmini nostre Maiestatis humiliter porrectis Regia benignitate exauditis pariter et admissis, predictam litteram Pyponis Themesiensis et Camerarum salium nostrorum Comitis omni vicio et suspicione carentem de verbo aduerbum presentibus insertam similiter adiudicacionem ipsius Pyponis Comitis pro parte predictorum Farcasÿ, Stephani et Ladislai Walachorum facta Ratam habentes atque gratam cum omnibus Clausulis et Articulis in ipsius littere tenore contentis et expressis pro eisdem Farcasio. Stephano et Ladislao ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis appressione Sigilli nostri secreti consweti duximus confirmandam presencium patrocinio mediante Saluis tamen Juribus alienis Datum in Themeswar feria secunda

proxima post festum sancte Trinitatis Anno Domini Millesimo quadringentesimo vndecimo.

(P. H.)

(Hátára irva csaknem egykorú irással: Confirmatoria Super Mezfalwa in districtu de Sebes habite.

Ujabb kori. XVI-ik századi irással: Blasÿ de Mutnok super KI3I) alias Mezpatak.)

(Eredetije pergamenen, a tinkovai Macskási család ltárában fasc. 26. Nro. 832.)

29.

1419. aprilis 26-án.

Sigismundus dei gracia Romanorum Rex semper augustus, ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. Rex, fideli nostro Magnifico Sigismundo de losonch, Salutem et graciam, Veniens nostram in presenciam Maiestatis, Gregorius Judex Ciuitatis nostre Karan vocate in sua, ac aliorum vniuersorum Ciuium et hospitum eiusdem Ciuitatis, personis, nobis supplicare curauit querulose, quomodo pridem inter ipsos ab vna, necnon Nobilibus de Muthnuk ab altera, partibus, rixe seu lites ac contenciones, racione et pretextu cuiusdam particule terre ipsorum, ex ista parte fluuÿ Muthnuk appellati, a parte possessionis dictorum Nobilium de Muthnuk predictam adiacentis. mote et exorte extitissent. Vosque absque reuisione litteralium Instrumentorum, earundem parcium, partes inter easdem congruens Judicium facere non potuissetis. Et quia nos partes inter easdem Judicium et Justiciam Juxta litteralium eorundem Instrumentorum continenciam, per vos facere volumus. Igitur fidelitati vestre firmissimo nostro regio damus sub edicto, aliud habere nolentes, quatenus visis presentibus, nullo alio nostro mandato superinde expectato, vicinis et commetaneis earundem parcium inibi legitime conuocatis, partibus eciam predictis vel eorum legittimis procuratoribus presentibus ad faciem dicte particule terre litigiose accedendo, coram testimonio Capituli ecclesie Chanadiensis quod per ipsum Capitulum serie presencium ad id transmitti Jubemus, eandemque particulam terre, Juxta seriem et continenciam litteralium Instrumentorum per ipsas partes inibi specietenus producendorum Ream-

Actul regal din 8 iunie 1411 (Sigismund de Luxemburg)

Latină sursă:

A Szörényi bánság és Szörény vá...

Traducere în română

Noi, Sigismund, prin harul lui Dumnezeu Rege al Romanilor, întotdeauna August, și Rege al Ungariei etc., facem cunoscut prin aceasta că în fața Majestății Noastre a venit credinciosul nostru Fărcaș, valah, în numele său și al lui Ștefan și Ladislau, valahi din Mâtnic, și ne-a prezentat o scrisoare emisă de credinciosul nostru, viteazul Pipó de Ozora, comite de Timiș și al Camerelor Sării, referitoare la adjudecarea moșiei Mezfalva, îndreptățită și întărită cu sigiliul obișnuit al comitelui.

El ne-a implorat cu smerenie ca această scrisoare împreună cu adjudecarea respectivă să fie admise ca valabile și să fie transcrise cuvânt cu cuvânt și confirmate cu sigiliul secret al Majestății Noastre.

Noi, ascultând cu bunăvoință rugămințile sus-numitului Fărcaș, confirmăm scrisoarea comitelui Pipó și adjudecarea făcută în favoarea lui Fărcaș, Ștefan și Ladislau, valahi, pentru ei, moștenitorii și urmașii lor, cu toate clauzele și articolurile cuprinse în ea, sub rezerva drepturilor altora.

Dat la Timișoara, luni, imediat după sărbătoarea Sfintei Treimi, 1411.

27.

1411. junius 4-én.

Nos Pypo de Ozora Themesiensis et Camerarum salium Regalium Comes Memorie commendantes tenore presencium significamus quibus incumbit vniuersis Quod causa mota et vertente coram nobis inter Paulum filium Mathie. Dyonisium filium Nicolaÿ cum fratribus suis Cristful filium Cristful et alterum Cristful filium Petri filÿ videlicet fratris prefati Pauli filÿ Mathie vt actores exvna, parte vero ex alia, Farcasium. Stephanum, et Ladislaum de Mwtnok tamquam in causam attractos de et super quadam possessione M e z f a l w a vocata sita Juxta fluuium seu Ryuulum Meżpataka nuncupatum in districtu siue prouincia Sebes habita et diucius ventilata, tandem nos auditis parcium proposicionibus et allegacionibus, causeque huiusmodi meritis diligenter recensitis et examinatis, quia prefatos Farcasium Stephanum et Ladislaum de Mwtnok predicta per triginta duorum annorum integrorum spacia in pacifico dominio dicte possessionis Mezfalwa fuisse et extitisse, terminumque legittime prescripcionis sic compleuisse inuenimus manifeste Ideo eandem possessionem Mezfalwa cum omnibus vtilitatibus et pertinencÿs suis eisdem Farcasio Stephano et Ladislao de Mutnok eorumque filÿs et successoribus vniuersis duximus adiudicandum Ymo adiudicamus per presentes, eandem eisdem omni Jure relinquendo Et supplicamus Serenissimo domino nostro Regi, vt dum presentes nostre littere sue exhibite et reportate fuerint Maiestati dignetur easdem graciosius confirmare. Datum in Themeswar feria quarta videlicet quatuortemporum post festum Penthecostes Anno domini M-o CCCC-o vndecimo.

(Zsigmond király 1411-diki megerősitő leveléből a M a c s k á s i l t á r b a n.)

Actul din 4 iunie 1411 (Pipó de Ozora – Timișoara)

Latină sursă:

A Szörényi bánság és Szörény vá...

Traducere în română

Noi, Pipó de Ozora, comite de Timiș și al Camerelor Sării Regale, aducem la cunoștință prin prezenta tuturor celor pe care îi privește, că în procesul aflat în fața noastră între Pavel, fiul lui Matei, Dionisie, fiul lui Nicolae, împreună cu frații lor Cristofor, fiul lui Cristofor, și un alt Cristofor, fiul lui Petru, fiul fratelui sus-numitului Pavel, fii ai lui Matei, ca reclamanți pe de o parte, și Fărcaș, Ștefan și Ladislau din Mâtnic, chemați în judecată, pe de altă parte, referitor la o moșie numită Mezfalva, situată lângă râul numit Mezpataka în districtul Sebeș, cauză discutată vreme îndelungată,

după ce am ascultat expunerile și argumentele părților și am examinat cu atenție meritele cauzei, am constatat cu certitudine că sus-numiții Fărcaș, Ștefan și Ladislau din Mâtnic au stăpânit în liniște posesia numită Mezfalva timp de treizeci și doi de ani și au împlinit astfel termenul legal de prescripție.

De aceea, adjudecăm moșia Mezfalva cu toate folosurile și dependințele ei acelorași Fărcaș, Ștefan și Ladislau din Mâtnic, fiilor lor și tuturor urmașilor lor, și o lăsăm lor cu drept deplin.

Rugăm pe prea-strălucitul domn al nostru, regele, ca atunci când prezentele îi vor fi prezentate, să binevoiască a le confirma.

Dat la Timișoara, miercuri, în săptămâna celor patru timpuri după Rusalii, în anul Domnului 1411.